



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.51. Papa Rudolphum agnoscit Regem Romanorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

ditio generalis ob Palæstinam suscepta  
fuit amplius.

Sæcul.XIII.  
A.C.1274.

§. LI.

*Papa Rudolphum agnoscit Regem  
Romanorum.*

Eodem tempore Papa litem de Occidentis Imperio e maximis belli sacri obstaculis unum, quod non præviderat. tollebat. Nam Alphonsus Castellæ Rex eo semper aspirabat, post Richardi Angli obitum non esse sibi competitorem amplius, & Rudolphum Habspurgicum danno suo eligi haud potuisse perhibens. Papa tuebatur Rudolphum, spe captus, fore, ut is tesserariæ crucis exercitum ducat: scripsitque Alfonso plures litteras humanas admodum, sed urgentes; in quibus persuadere illi studebat, æquitatem ac ipsius honorem, ut peculiari commodo suo commune Christiani orbis, ac præsertim terræ sacræ bonum præponeret, postulare, ipsumque nullum reapse jus habere ad Imperium, cum Aquisgrani Rudolphus, non vero ipse, coronatus esset. Nondum cedens Alphonsus Papæ significavit, se ipsi & affore coram, & instar majorum suorum per omnia semper paritum esse.

Interim Papa Rudolpho ita scripsit:  
De consilio Cardinalium te nominamus

*Hist. Eccles. Tom. XXI. T t Ro-*

Rayn. n. 45.  
50.

n. 54.

n. 55.

**Sæcul. XIII.** Romanorum Regem, hortamurque, ut  
A.C. 1274. te præpares ad coronam imperatoriam

nostris e manibus accipiendam; id quod  
brevi futurum speramus. Dabat 27 Sept.

**n. 56.** Et aliam per epistolam illum oravit, ut  
Terrarum suarum partes ipsi propinquio-  
res, cum primum posset, adiret, suum-  
que illuc adventum ipsi indicaret.

### §. LII.

#### *Concilium Salisburgense.*

**to. II. Conc.** Paulo post Lugdunense concilium Pri-  
p. 999. dericus Archiepiscopus Salisburgen-  
sis & sacræ Sedis Legatus concilium pro-  
vinciale habuit, cui intererant quinque

Suffraganei ejus, nimirum Leo Ratisbo-  
nensis, Petrus Passaviensis, Bruno Bri-  
xinenis, Wernhardus Secoviensis, &

**Ibid. p. 858.** Joannes Chiemensis. Ibi statutum est,  
ut Lugdunensis Concilii sanctiones in  
Salisburgensi provincia promulgarentur

**Sup. l. 85.** una cum illis, quas ejusdem provinciae  
**§. 56.** concilium anno 1267 Viennæ per Lega-  
tum Guidonem Cardinalem tit. S. Lau-  
rentii celebratum fecisset, & quarum ob-  
servationem jam sustulisset septem anno-  
rum spatium. Præterea Salisburgense  
Concilium supra viginti quatuor canones  
condidit, quorum memorabilissimos hic  
en subjicio.

Cum